



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Infamia Calumniæ

Schmoll, Wilhelm Bernhard

[Gießen], 1664

Philippus Ludovicus Hannekenius, Oratoriæ Professor Ordinarius. Sinceri
Animi Et Integræ Frontis Lectori. S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35901



PHILIPPUS

LUDOVICUS

HANNEKENIUS,

ORATORIÆ PROFESSOR ORDINARIUS.

SINCERI ANIMI

ET

INTEGRÆ FRONTIS

LECTORI. S. D.



OMULUM Rem-
 mumque lupâ la-
 ctatos fama tenet.
 Si nostrum genus
 illis Genitoribus
 deberemus , non
 mirarer ferina ho-
 minum ingenia ,
 quibus in aliorum integritatem nominis,
 velut

velut in prædam lupi, invehuntur. Verum non tam proclives in raptum erant Albanorum conditores, quam nunc in aliorum ignominia intentæ est aucupium malo genio gubernata mortalium natura. Quocunque te vertes, excubantem in insidiis obtrectatorem deprehendes. Frons, oculi, verba, gressus observantur, castiganturque bonæ mentis indicia ab illis, qui sceleribus obruti præter scelera nihil meditantur. Quid autem bonarum concipient cogitationum de alio, qui de se nihil quicquam boni norunt? cum vitiorum atrocitate sauciata colluctatur conscientia, iniustasque sibi flagitiorum maculas aliorum attritu famæ lenire conatur. Jam frons tua sinceritatem promittens in humanis illis inhonestæ erit, & ne sincerum te alii habeant, superbiæ convitio traduceris; jam ingenuitatis vim spi-

A

3

rantes

rantes oculi in levitatis indicium producentur ; jam verba hilaritate vestita Epicuri te gregi adscribent , & infucatum cum familiaribus commercium improbitati te totum dicabit. Quis bonus à delationibus libererit , quando nunc virtus infamiâ maculatur ? In Tiberii seculum , proh dolor ! hæc tempora redierunt , quò accusandi frequens & publicarabies omnivivili bello graviùs togatam conficiebat civitatem ; quò bona vivorum & mortuorum usquequaque quolibet & accusatore , & crimine corripiebantur ; quò delatorum judicium , quasi grassatorum , quasi latronum cruciabat innocentes. Sed ex veræ inscitiam pietatis tanti mali proveniens atrocitas gratiam apud illos videbatur mereri : à nobis certè , cœlesti instructis doctrinâ , eó longiùs abest veniæ solatium , quo arctiori amoris vinculo ,

jussu

jussu DEI nostri, connecti debebamus. Interea ab Ethnicis discendum nobis est, & gentilium probitate Christianitatis (ò pudor!) impietas coercenda. Pertinax Augustus in exilium pellebat delatores; Gordianus patibulis affigebat; Antoninus Pius *quadruplatores* (verba sunt Julii Capitolini) *si non probarent objecta crimina, capite mulcabat, si probarent, oblato premio infames dimittebat*, additâ falsis peculiari adfrontem notâ, quâ admoniti alii ab illis sibi cavere possent insidiatoribus. Digni me hercules, inter Christianos ejusmodi latrones omnibus illis pœnis. Cœterùm cum in hanc sententiam de monstroso hoc malo plura eruditâ oratione congesserit juvenis maximæ spei, inter pios & solidè eruditos nomen positurus.

DN. WILHELMVS BERNHARDVS SCHMOLLIVS
 DICTUS *Eysenwerth*, Hafsô-Gissenus.

ego finem hîc facio dicendi, postquàm
 Te

Te Gratioſe & B. L. eâ, quâ decet, ſub-
 miſſione, invitavero ad doctiſſimæ illius
 orationis, proximo Mercurii horâ I. re-
 citandæ, auſcultationem. Ut tamen ex
 calce hujus programmatis boni mei ani-
 mi veſtigium cernant non pertinaces
 obtrectatores opto ipsis meliorem men-
 tem : reliquis contumacibus patibu-
 lum apprecor Plautinum, in quo ca-
 lumniantium linguas & auſcultantium
 aures acutus Comicus ſuffigebat. P. P.
GISSÆ, M. DC. LXIV. Propriid.
Kal. Martii.

INFA-